



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quest. 2. Cur clauēs datæ sunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ad nodum Euangelii prædicationem redactum cupiant. in præfat. Videatur & c. 4. ubi de diuersa potestate Apostolorum, & 70. discipulorum rem multis exponit.

QVÆSTIO II.

Cui Clauēs data sūt?

A Deo ex natura sermionis clara sententia est, vt ante nostri temporis hæreses nemo dubitaret. Christus enim caute, circumspicte, & quasi legi formulis, rem ita pronunciauit, vt nulla apparere posset occasio dubitationis. Tu es, inquit, Petrus, tu es filius Iona, tu beatus, tibi nō caro & sanguis reuelant. Tibi Petro, filio Iona, beato, à patre reuelationem habenti, tibi, inquam, dabo clauēs regni cælorū. Petro igitur si non dedit, sed alteri, quid sincere. Vere, literaliter, in scriptura nobis exponitur? An Petrus hæc audiens fiebat sibi non dandum, quod daturum dicebat Christus? Et vnde hoc sciebat? an sermonem parabolæ esse putabat, an non cum dixit: *Vade post me Satana, diuitem Petro increpanti, & beatus es, non dictum est Petro capienti?* Quorsum tandem illa verba. Erego dico tibi? Nonne Petro illa dicta sunt?

§. 1. Acceperunt quidem & alii clauēs, sed non eo modo quo Petrus. Aequales erant qua Apostoli, sed Petrus caput, vt schismatis tolleretur occasio. atq; hoc est quod ait Hilarius, Petrum confessione sua locum supereminentiorum meruisse. Non modo illa est Catholicorum, sed etiam aduersariorum multorum sententia. Adrianus Sarania, *Petrum præfuisse Apostolos dum Ierosolymam uenerunt.* Pag. 85. [Quod ad Apostolos attinet qui simul aliquamdiu Ierosolymis vixerunt, certū est Dominum non fuisse creatos vt simul eodem loci, siue regionis vnius, siue vrbis manerent: quam ob rem collegio aliq̃ue præfici nihil necesse fuit. Tamen, quādiu simul vixerunt Ierosolymis, vnumquemque, piam tunc præfuisse collegio duodecim Apostolorū, non est absurdum: quod cum obstinatius negatur, nihil bonaculā contra Romanum Episcopum iuuat. Quis vnquam conuentū vidit aut ceterum conuenisse, in quo non aliquis præficeretur, qui quæ agenda essent proponeret, & sententias rogaret, atque suffragia colligeret? Quod etiam si Petro delatum fuisse à collegio Apostolico, cum præficus Patribus dicamus, nil ea re caule Romani Episcopi datur, vnde suam tyrannidem abiliat: fuit enim hoc in Petro temporarium, & dispositū Apostolis finitum.]

§. 2. Contra illa tam clara, tamen calumnia inuenit objectionem. *Ecclesia inquit illa data sunt, cuius pernam gerebat Petrus, Petro data non sunt.* Calvin. l. 4. Instit. c. 6. §. 5. Lutherus de potestate Papæ. Vide Danæum, Wittak. Sulinum Iunium. Ecclesia sine dubio data sunt, quia illi, qui Vicarius Christi futurus erat, promissa & data sunt, qui ipse Ecclesiā representabat, tanquam Vicariū, & aspectabile, post Christi assumptionem, caput Ecclesiæ commodis, & salutis eorum hoc, quod promissum Dominus, datum est: sed datum est in Petro, & per Petrum, sic cum Apostolis dictum est: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt.* Data est illa potestas Ecclesiæ, sed data est tamen Apostolis, cur non ergo Petro datum est, quod hic promittitur? Quamuis autem Petrum Ecclesiæ typum gessisse concedamus, non tamen ideo ille non accepit, quod daturum se Christus appromissit. Tibi dabo, inquit, Dominus, non dicit Ecclesiæ dabo, vt illa tibi det. Nam postea ipse Petro ipsi dedit, non dedit Ecclesiæ, vt Petro ipsa porrigeret. *Pascite oues meas,* inquit, *pascite agnos meos.* Et cum Apostolis dixit: *Accipite Spiritum sanctum, &c.* nō dedit Ecclesiæ seu ouibus, vt pastores ipsæ instituerent ac potesta-

tem donarent, sed ipsis Apostolis. Imo si totius Ecclesiæ potestatem sustinuit, & hæc accepit, ipse certe primario accepit, non enim legitur ab Ecclesia constitutus erat, vt cum nunciis mitetur, vt nomine Domini feodum accipiat, nec enim illi dicitur: Tibi dabo feodum, sed Domino tuo. Calvinus sui erroris parum est memor: in Harmonia enim docet, iam agere de publico munere Christum, hoc est de Apostolatu. Petro ergo clauēs datae sunt: nam illi datus Apostolatus, vt eo munere & dignitate fingeretur, & sese, ac gratiam collatam Ecclesiæ impenderet. Nam Apostolatus non est datus proprie Ecclesiæ, cum Apostolus, hoc est legatus sit ad Ecclesiā Petrus, sed dicitur datus Ecclesiæ per Petrum, quia illius vilitati seruit. Contra veritatem tamen obstrepunt. *Possunt hanc promissionem Apostoli adhuc dubitare, quia eorum videretur esse maior.* at si hoc loco Petrum principem constituit, ambitiosa contentio causa sublata erat, sed neque Christus illi respondet: *Petrus esse principem, sed humilitatis admonet.* De lite illa Matth. 18. Marci 9. Luc. 9. & 22.

Respondeo. Apostolos nō ignorasse aliquem fore maiorem ceteris, nec hoc in quaestione venisse. Sed quis ad hoc fastigiū euahendus esset, nec Christus hoc repudiat, sed qualem esse vellet maiorem, describit. *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & præcessor, sicut ministrator.* Cur autem de Petro non intellexerunt? Respondeo. Ipsos vtique intellexisse, Petro dari principatū, & idcirco disputasse, ex ea enim suspitione contentio nata videtur. Interim dum Petrus Satanas appellatur, dum in Ioannem propensior animus ostenditur, dubitare ceperunt, nec forte verba Christi, vt rudes erant, satis expendunt. Et profecto plurima quæ clare & diserte dicebantur, non atenderunt, non intellexerunt. Si ex duobus discipulorum de verbis Christi facienda est coniectura, negandum etiam fuerit Dominum de sua eos passione præmonuisse. *Ipsi enim nihil horum intellexerunt.*

§. 4. Obiiciunt tamen Petro. Si clauēs Petro datae sunt, quo illo mortuo peruenerunt? si perierunt, nemo tā soluitur: si in ecclesia manserunt, Ecclesiæ igitur datae sunt, & illa successori donat. Vnde enim ille habet?

Respondeo. Facile esse dissolutionem nodi vulgaris. Petro moriente illius potestatem, quæ illi singularis erat, interire, electo successori rursus eam à Christo conferri, non noua lege, sed veteri instituto. Vicarii morte eius potestas desinit, alteri eadē a rege confertur. Hinc Danæi, Pouelli, Wittak. Sulinii, Iunii securilia, & familia facile redarguntur. Danæus suspicatur clauēs mortuo Petro ad Christum reuolare. Wittak. Christū Petro clauēs dare, Petrum Christo, Papæ Christum, Christo Papā succedere. Quis Christum vidit clauēs tradere? Nos vno verbo Huterionibus istis respondeamus, clauēs esse semper penes Christum, vt patrem familias, penes Pontificem, vt Oeconomum supremū, eo electo ex instituto à Christo conferri illi clauēs, hoc est, potestatem ex prima promissione, nec Petro Christus per Angelos misit clauēs, sed verbo suo dedit: quod si omnes habent clauēs in Ecclesia, & vno ministro mortuo alius substituitur, apud quos residebunt clauēs? an in toto cætu? at plures sunt scæminæ, immo nō credentes, qui non sunt in eorum Ecclesia, vt dicunt. Quando autem clauēs accipiunt singuli? quomodo prædicanti conferunt? Non esse in Ecclesia, sed penes Episcopos, docet Adrianus Sarania. Nam docet ille ab Episcopis ordinatos Presbyteros, & oblatos posse reici ab Episcopis. Pares omnes fuisse Sulinus probat. Christus misit discipulos, sicut ipse missus est à Patre. Ioan. 20. at ipse missus est cum amplissima potestate, eos igitur eadem potestate misit.

Respondeo. Iam nimio paritatis studo illum, quod hæreticis necesse est, in blasphemiam reuolui.

Si eo-

Adrianus Sarania
de
Euangelio
Cap. 16

Clauis no-
uus Ponti-
fex à Chri-
sto accipit.

*Apostoli
Christo im-
pares.*

Si eodem modo, hoc est pari potestate, Christo ergo pares Apostoli: Ecce sic Petro sit primatus, Imperium Christo adimit. Christus summam habuit potestatem & dominium, Petrus summam, sed ministerialem, summam illius servam, sed inter hominum potestates summam. Nam ut recte Chrysostomus ait, his verbis: *Petrus constitutus est Pastor, & caput Ecclesie.* Et Eusebius l. 2. hist. c. 4. Petrum appellat *καταπρον καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, ὃς τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἀρχηγόν, καὶ ἡγούμενον, & ἡγεῖσθαι ἐπαγγέλλεται.* Fortem & magnum Apostolorum principem, & generosum Dei Ducem. Ducem, aduocatum, os Apostolorum vocare solent. Nazianzenus ordine primum fuisse ait. Et Cyrillus, vocat principem excellentissimum Apostolorum, Cyrillus Alexandrinus, caput.

S. 5. Ridiculum porro cauillum est eiusdem Lutheri ex Rom. 4. Abrahamo credenti fides reputata est ad iustitiam, ita & omnibus credentibus reputatur ad iustitiam. Ita etiam Petro consenti promissae sunt, omnibus ergo credentibus datae sunt claves.

Respondeo. Quis enim non putet hominem illum Bachanalia agere? similis forma est argumentum. Abraham obedienti promissum est semen benedictum terra sancta, ergo omnibus Christianis. Si omnibus consentientibus datae sunt claves, omnes soluant & ligant, etiam mulieres, ubi remanet tandem ministerium? Errat autem imperitia, qua fit, ut non distinguat inter effectus proximos & remotos, necessarios & contingentes. Fidem veram & viuam ex Dei ordinatione semper iustitia sequitur, sic Abraham, sic omnes sunt iustificati ob eandem fidem Abrahamo promissa est posteritas, terra Palestina, reges ex illius posteris, hoc non est ex natura fidei, sed speciali decreto Dei. Sic etiam fides & confessio Christianorum iustitiam parit, non autem potestatem in Ecclesia, non claves, non soluendi aut ligandi facultatem.

S. 6. Quod Petro datum est, ad Successores pertinet, semper enim homines semper peccatores futuri erant, qui vel poenitentes soluendi, vel contumaces ligandi erant. Ridiculum plane foret, ad sola paucorum annorum Ecclesia illa beneficia restringere. Nam posteris eadem sunt necessaria, quae primis, ut ante exposui. Philippus non abhoruit a restituenda Episcoporum potestate, quocirca zelotae exacerbauit, ita ad Lutherum de Sacram. magnopere queritur, ne utiquam amenter ea de re secum expostulasse. & in historia Confess. Augustanae p. 303. Bucerus de vi & usu ministerii. [Ter]tia disciplina clericalis pars est subiectio peculiaris, quae clerici gradus & ministerii inferioris se subiciunt illis qui sunt in ordine, & ministerio superiores. Hanc disciplinam partem docuit Dominus nos, & exemplo suo, qui discipulos suos futuros doctores electorum Dei, per vniuersum orbem, peculiari ad hoc munus magistratio & quadam domestica disciplina instituit, quem imitati Apostoli suos quoque discipulos vniuersos habuit, quos ad sacrum ministerium, rite obeundum formaret. Omnis enim difficilior vitae functio peculiarem quoque ac perpetuam requirit doctrinam, institutionem ac custodiam: Vt videre est in Philosophiae studiis, & institutione militari. Quod perpendens Lycurgus Rem. pub. Lacedaemoniorum sic instituit (vix Xenophon testatur) ne vllus in Repub. ordo sine suo proprio esset, quirit, ne quid omnino sit in ciuib. *ἀπορρητόν.* Hinc & Dominus noster, cum vult suos sic committi inuicem, & coherere ut membra, in corpore commissa sunt & coherere: subiicit sane vnumquemque suorum aliis, a quibus tanquam a membris, amplioris ac latius parentis virtutis & efficaciae, custodiatur, moueatur, & regatur. Idem praecipit Sp. sanctus, subiicimur inuicem in timore Dei, Eph. 5. Ita itaque considerantes sancti olim pa-

tres, cum Cleri ordinem descriperunt, ut ceteri omnes clerici a Presbytero singulari cura custodirentur & gubernarentur. Inter Presbyteros vere Episcopus, ut Consul inter Senatores Reipub. ita hic primus cum totius Ecclesiae, tum singulariter ordinis clericalis vniuersae curam gereret, atque custodiam. Episcopos vero ordinauerunt singulis frequentioribus Ecclesiis, atque cuique talium Ecclesiarum vicinioris, quae in minoribus essent, oppidulis vel pagis Ecclesias commendauerunt, eosque voluerunt Presbyteros atque curatores, istarum Ecclesiarum, quos vocauerunt Chorepiscopos, quosque vicinioribus sibi Episcopo & Presbyterio auscultare: quos Episcopi illi primores, subinde cum omni clero suo conuocabant, & in scientia atque diligentia muneris sui instaurabant. Cum vero vellet Dominus. Vt sui homines se mutuo complectantur, & cura sui inuicem gerant, quam longe lateque possunt (sunt enim Christiani omnes vni corpus) constituerunt sancti Patres, ut Episcopi cuiusque provinciae (in provincias enim iam omnes Romanis subiectae conditiones erant distributae) conuenirent vna cum presbyteris, quoties quidem id Ecclesiarum vltus deposceret: cetero tamen bis in anno, deique Christi doctrina atque disciplina, ut illa in quibusque Ecclesiis administraretur, & vigeret inquirerent: ac ubi peccatum esse deprehendissent, id corrigerent: quae cognouissent recte habere confirmarent & prouiderent. Vt haec vero Synodi recte & ordine administrarentur, voluerunt illis praeficere, & conuocandis & moderandis Metropolitans Episcopos cuiusque Metropolis: sic enim vocabatur praecipua in vna quaque provincia, ciuitas, ubi supremi praetoris praetorium erat. Ac proinde his Metropolitanis Episcopis iniunxerant curam quandam & sollicitudinem omnium Ecclesiarum per suam provinciam: Vt si quid minus recte, vel a ministerii Ecclesiarum vel a plebibus institutum factumue intellexissent, monerent de eo in tempore: sique id suis admonitionibus non possent emendare, ut ad corrigendum illud, Episcoporum conuocarent Synodum: nonnihil iudicii in illis concessum erat, quod sua propria autoritate exercerent in Ecclesiis, quae ipsae duos haberent Episcopos. Omne enim & in plebem & clerum iudicium erat penes cuiusque Ecclesiae Episcopum & presbyterum: Episcopos autem dicebat Synodus. Eoque cum Ecclesiis essent ordinandi Episcopi, constitutum erat, ut ad eandem Ecclesiam conuenirent cum cunctis (si id fieri Ecclesiarum commodo posset) sin cum aliquibus, non minus tamen duobus aut tribus provinciis suae Episcopis, qui electionem Episcoporum (si facienda adhucesse) gubernarent factumque examinarent, & in electum inquirerent quam sequentissime, ut tamque omnem eius & facultatem ad Episcopalem munus explorarent: ac tum demum ad Episcopalem functionem initiarent. Quae omnia eo erant instituta, & valebat, ut esset inter Ecclesias, & earum ministrorum, quanta omnino posset esse, notitia, curaque mutua: & ad accendendam depellendam cuncta doctrinae morumque offencicula, & ad fidei atque vitae Christo Domino dignae edificationem sustentandam, prouehendam, atque efficiendam efficaciorum, adeo ut si aliqui ab officio cessassent suo, ceteri Episcopi succurrerent, etiam vix ad obstarum abstinentiam ac etiam a munere Episcopali deiectionem. Considerentur quae diuus Cyprianus ad Stephanum Romanum Pontificem de Marthano Episcopo Arelatensi, qui in seclum Notariani transierat, lib. 3. Epist. 13. tum illa quae scripta sunt in Epist. 3. lib. 4. de distributa cuique Episcoporum certa gregis portio, & quae praefatus est, & in Concilio Carthaginensi scriptum ad Quirinum. Porro ubi orbis Ecclesiarum refectus fuit, accipis quoque Metropolitanis sua singulari cura, opus haberent: nec enim prout ceperunt esse plurimissimi omnes pro suo loco, satis vel sapiebant, vel vigilabant (pauci enim semper & in omnibus hominum ordinibus pra-

Episcopis quibusdam primarum Ecclesiarum aliquo provinciarum cura demandata est. Ut Romano, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, deinde & Cæsariensi Cappadociae, & aliis quibusdam, pro fidelium Christi. His tamen primatibus Episcopis (quos postea vocaverunt Patriarchas) nihil omnino minus erat, in illos Episcopos alios, vel Ecclesias, ultra quam dixi cuique fuisse Metropolitae, in Ecclesias atque Episcopos suar provinciarum. Quisque suar portioni Ecclesiarum debebat singularem curam & sollicitudinem: monere quoque Episcopos in tempore, si quid peccasset aliquis, aut in suo munere cessasset: & si nihil proficeret monendo, Concilii adhibere auctoritatem. Inter hos primus loci delatus est Romano, cum propter divi Petri reverentiam, tum propter verbis maiestatem, quam rationem secuti postea Patres, secundum tribuerunt Constantinopolitano, vel alteri Romano, sed illic imperii Episcopos cum Antiochenus ante secundum locum inter hos Patriarchas obtinuerat.] Et Caluinus de necessitate Reformat. Eccles. Sic Herbrandus locis Theologicis, Philippus Hailbronner in Epist. ad Timoth. & Titum. Hunnius in Epist. ad Titum. Chytrius in historia Confess. Augustanae. Consentanea sunt haec vetustis Ecclesiarum institutis. Ut est apud Eusebium, hist. Eccles. l. 3. c. 4. nisi quod Romanae Ecclesiae primatus a principio fuit. Quod vero Paulus gentibus verbum Dei predicavit, quodque Ecclesiarum fundamenta ad Hierusalem & eius finibus undique, ad Illyricum usque fecit, non solum ex suis ipsius vocibus, sed etiam ex libro Lucae, qui Acta Apostolorum inscribitur, satis perspicuum est. Porro quibus in provinciis Petrus Christi Evangelium, his qui erant ex circumcisione adnuntiavit, novumque testamenti sermonem tradidit, ex sui ipsius verbis, petitis ex epistola illa, quam illius veris esse omniumque approbatione consummatum fuisse dicimus, quam denique hebraeorum stirpe oriundis, qui disperse & vage Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bithyniam incolebant scriptis satis evidenter & aperte constat, &c. Ibidem. Quot vero & quoniam viri & ingenii hominum, apostolorum imitatores facti sunt habiles, & idonei ad Ecclesias, quas isti fundaverant, ascendens regenda que aestimati fuerint illarum certe non est proclue, solis illis exceptis, quos aliqui sortasse ex Pauli scriptis obiter possit colligere. Eodem accedit Lucas, qui discipulus Pauli, dum in actis eos enumerat quidem, nominatim percenset. Ex quorum numero fuit Timotheus, qui Ecclesiae, quae est Epist. primus episcopatum ordinis tradidit. Titus itidem qui ecclesia qua sum in Creta praesit, &c. Ibidem. Ex ceteris Pauli comitibus & discipulis unum fuisse Crescentem, quem in Galatiam profectum Paulus ipse testatur, alterum Titum, quem in secunda ad Timotheum Epistola, simul cum illo Roma versatum memorat, quemque primum post Petrum in Romana Ecclesia Episcopatum forte delectum supra demonstravimus: alterum Clementem qui Romana Ecclesia tertius constituebatur Episcopus, quem Paulus cooperatorem suum & concertatorem in Domino fuisse, testimonio confirmat. Adde his Areopagitam illum, Dionysium nomen, quem in Actis Apostolorum post Pauli concionem in Areopago apud Athenienses habitam, ad fidem convertit fuisse Lucas in Actis Apostolorum scribit, quemque primum Ecclesiae Atheniensis Episcopum designatum, alius quidam Dionysius Ecclesiae Corinthiorum pastor sane perantiquus narrat.

Idem Eusebius lib. eodem, cap. 31. Et praeter istos alii complures erant eadem aetate per celebres: qui quidem & Apostolis proxime successerunt & tanquam discipuli tantorum & tam insignium virorum eximia & divina virtute decorati Ecclesiarum fundamentis ab apostolis ubique locorum praestare iactis structuram concinnam illam quidem adiunxerunt: qui & plenius cumulatiusque amplificarunt predicationem verbi divini & salutaria regni caelorum semina, su-

se, lateque per universum orbem disseminarunt: Etenim plenaeque omnes discipuli, qui eo tempore vixerunt ardentiori sapientia coelesti studio, amoreque incensi, & praeter quodam divini verbi desiderio animis percussi, praeceptum servatoris antea traditum exquisitè executi sunt: & hic qui indigebant facultates suas libenter impertierunt. Deinde a domiciliis suis peregre profecti, munus obierunt Evangelistarum, atque iis qui ne adhuc quidem omnino verbum fidei audivissent, Christum predicare & scripturas sanctorum Evangeliorum tradere omni cura & cogitatione studuerunt. Qui cum in locis quibusdam peregrinis fidei dumtaxat iecissent fundamenta, pastoresque alios constituissem, illisque curam eorum qui ad fidem nuper erant adducti, doctrina Christi sedulo excolendorum commississent, ipsi ad alias regiones, gentesque cum gratia & virtute divina se contulerunt. Quippe virtutes permulta admirabiles, & miracula sacrosancti Spiritus ope per eos ad id usque tempus gerebantur: ita ut frequens hominum multitudo, ipsa prima predicationis auditione persuasa, propenso studio pietatem, & cultum qui Deo omnium rerum opifici soli debetur, animis exciperet, amplectereturque.

Porro datus Petro peculiariter omnis ordo veteris Ecclesiae ostendit, cap. 7. Niceni Concilii. τα δε χρεία ην κρηται, τα εν αυτην και λιβν, και πενταπολη, ως ε ειν αλεξανδρεια, θησικον πινων τετων εχεν τω εξουσιαν. επιδη και εν τη ρωμη θησικον ταυ σωτηρες εστιν ομοιως δε και η τω αντιστοιχει, και εν ταυς αλλαις επαρχιας. τα πρεσβητα σωζου ταυς οικησεις. καθολικη η πεδονλον εναντι οτι εινε χωρις ρωμης η μητροπολις ηρωσα θησικον, τον ποιων, η μερλη συνωδος ωλεσε μη δειν ειν θησικον, id est, Antiqua consuetudo valeat, quae in Aegypto, Libya & Pentapoli fuit. Ut Alexandrinus Episcopus super haec omnia potestatem habeat: quoniam & Romano Episcopo hac ipsa consuetudo est. Similiter autem & apud Antiochiam & in ceteris provinciis primatus Ecclesiae conservetur. Illud autem omnino constat, quod si quis sine consensu Metropolitani fiat Episcopus, hunc magnum Concilium definit Episcopum esse non oportere.

Canones Apost. τος θησικος εναντι υβρις ενδεναι χη η εν ανωις περδον, και η ηειδαι αυτον ως κεφαλω και μηδεν η πρεσβητα σωζου ανεν η εναντι ρωμης, εναντι η μονα πρεσβητα εκασον, δοκ τη αυτη περιουσια θησικη, και ταυς υπο αυτην χωρεως. αλλα μηδεν εναντι ανεν πεντων ρωμης ποιων η, εως ηδ ομοιως εσθαι και δοξαζουσαι το θος αλε κυρις εν ανω πνυματι. Episcopos singularem gentium scire oportet, quibus inter eos primus sit, qui habeatur veluti caput, praeter cuius sententiam nihil quod maiore momenti sit agant, sed illa tantum quae agant, quae ad ipsius parochiam & ad villas quae ei subsum pertinent, sed nec ille praeter omnium conscientiam quicquam faciat: sic enim unanimitas erit, & Deus glorificabitur per Dominum in Spiritu sancto.

Et Concilium Antiochenum. τος καθ' εκασην επαρχιαν θησικος ενδεναι χη η εν τη μητροπολει περδουτα θησικον, και τω θρονου ανωδεχουτα πινος ε επαρχιας αλε το εν τη μητροπολει παντοθεν σωτηρεν παρταυς τος προχωματι εχοντας, οθεν εδοξε, και τη μητροπολει αυτον, μηδεν η προσβητα σωζου τος λοιπας θησικους ανω αυτη, κατω τον αρχαιον κρησιονται των προτερων ημων κανον, η ταυτα μονα δοκ τη εκασθ θησικη περιουσια, και ταυς επ αυτην χωρεως. εκασον ηδ θησικον εξουσιαν εχεν της αυτης περιουσιας διοικειν τε, κατω τω εκασθ θησικησαν ευλαβηαν και σωβοιαν ποιουτα πινος της χωρεως της υπο τω αυτω πολιν ως και χειροτονειν πρεσβυτερος και αλεξοντες, και η κρησιως εκασθ αλελαμθεν. περδουτα μηδεν πρεσβητα θησικηρειν διχως ης μετροπολεως θησικον: μηδεν αυ τον ανω της των λοιπων ρωμης. Episcopi qui sunt in singulis provinciis scire debent, eum qui Episcopus in Metropoli praestit, curam etiam totius provinciae gerere propterea quod in Metro-

Antiochenum
Concilium
Evangelium
Capitulum

Metropolim vndique concurrunt, qui habent negotia, quare visum est ut ipse honore reliquis antecellat, & alii Episcopi nihil quod maioris sit momenti sine ipso gerant, secundum vetus decretum patrum nostrorum: sed ea sola, quae ad cuiusque parochiam ipsique subiectas regiones pertinent. Vnusquisque enim Episcopus habet potestatem sua parochia, eamque pro sua quisque pietate administrato, & curam habeat totius regionis quae sua urbi subiecta est, ut presbyteros creet, & diaconos, & cum iudicio omnia disponat. Præterea nihil agere tenet sine Metropolis Episcopo, neque ille ipse sine reliquorum sententia.

Apostolatus officia.

§. 6. Vtilissime lector inspiciet, cap. 18. Adriani Sarauia, quo probat non minus conseruandis & confirmandis Ecclesiis opus esse auctoritate Apostolica, quam nouis plantandis. Quos enim Apostoli constituerunt successores, hæredes etiam fuerunt auctoritatis. Essentiam autem constituit Apostolatus in forma gubernationis & auctoritate, cum verbi Dei prædicatione, & Sacramentorum administratione. Clauis ait in vniu. Petri persona, vel etiam omnium reliquorum Apostolorum datas Ecclesiae, proinde donum non fuisse temporarium, sed perpetuum, & ad posteros transmittendum. Deinde iterum repetit: Per potestatem hanc clauium Apostolatus totam intelligo essentiam, quæ tria continet: Nempe verbi Dei doctrinam, Sacramentorum administrationem, & Ecclesiasticum regimen, hoc est, potestatem constituendi ea, quæ ad Ecclesiam & ad edificationem sunt necessaria. Hæc potestas multa continet: leges de ordine Ecclesiae, ius excommunicandi, interdicens de templo, ordinandi idoneos, alios reiciendi, caeremonias moderandi, mores censendi, accusationes contra presbyteros admittendi, viduas honorandi, presbyteros ordinandi, nullum enim ex omni historia exemplum dari, vbi presbyter sit ordinatus ab alio quam Episcopo. Vide pag. 423. Auctoritatem Episcoporum, probat ex Ignatio Epist. ad Antiochenam Ecclesiam, & ad Smyrnenes. Itaque si eius sententia, & Britanniae res definiatur, antiquus ordo Episcoporum & iurisdicção reponetur.

QVÆSTIO II.

Quæ porta inferi?

Porta inferi.

§. 1. **P**ORTÆ inferi omnis potestas diaboli, nam in illius iudicia. & 1. Corinth. 10. 4. ἐχθροὶ ματαιώcantur quasi vrbes munitæ & propugnacula: totum regnum Satanæ sic intelligitur apud Euryp. in Hecub. αἰδὸς πύλαι sunt ipsi inferi, & æque odit ille apud Homerum αἰδὸς πύλαι. sic manet hodieque locutio in Turcia, ut alta porta vocetur palatium, & comitatus, præualebunt, καὶ ἡ πόλις αὐτῆς, alii superabunt, proprie de illis, quæ vi & prælio superant, ut depriment & dominantur. Portarum nomine accipi potentiam, aut regnum in Gen. explicui, possideat semen tuum portas inimicorum tuorum. Quo quidem ex loco nostram Ecclesiam probamus, defecisse nunquam. sectarias autem aliquando non fuisse constare. Vnde constat vel ab Apostolis non fundatas, sed posterius aliunde doctrinam hausisse, vel à primæua puritate defecisse. Stetit Ecclesia contra portas inferorum, doctrinæ puritate, successionis ordine, omnibus conspicua. Ita Item lib. 3. c. 3. Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam in omni Ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera velint audire & habemus annuere alios, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & Successores eorum vsque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent Apostoli, quæ seorsim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committerebant. Valde enim perfectos & irreprehensibiles in omnibus

eos volebant esse, quos & Successores relinquebant suum ipsorum locum magisterii tradentes, quibus emendate agentum fieret magnavtilitas, lapsis autem summa calamitas. Sed quoniam valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maxima, & antiquissima, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesie, eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fiam, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confuimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placitum malam, vel vanam gloriam, vel per cecitatem & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Sic Theophylus Alexand. Epist. ad Ephes. Qui interregna terrena & Ecclesiam discrimen constituit, quod illa oriuntur & occidunt, Ecclesia integrum corpus conseruetur, & in nullo hereticorum dogmatum venena præualeant, Et Basilii in c. 8. Ista. Chrysost. serm. de Pentecoste. Philo Carpath. in canticis. Theodoret. in Psalm. 49. Germanus Constantinop. ad Thomam Episc. Claudiopoleos. Martialis Epist. ad Burd. c. 11. Sed firma Ecclesia Dei & Christi, nec cadere, nec dirumpi poterit, nunquam. Cyprian. de unitate Eccles. Ambros. lib. 4. Hexam. c. 1. oblectari posse. deficere non posse. Hier. ad c. 4. Ista. Augustin. l. 15. contra Faustum, c. 3. & l. 4. 7. Si ergo Deus eam fundauit in æternum, quid times ne cadat firmamentum. Leo magnus, Serm. 1. in Natali Petri & Pauli cap. 6. & Serm. 2. c. 2. Supra hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam, super hanc inquit fortitudinem æternum extruam templum. & Ecclesiam in celo inserenda sublimitas, in huius fidei firmitate conforgit, hanc confessionem porta inferi non tenebunt, vincula mortis non ligabunt. Eadem S. Gregorius magnus, ad Paulinum 2. penitentialem.

QVÆSTIO III.

An particula, super terram, excludat defunctos?

§. 1. **I**ta hæretici comminiscuntur. Non sunt enim super terram defuncti. Respondeo. Particulam super terram, pertinere ad eos qui solunt, non qui soluuntur. Quidquid enim vos, qui super terram habitatis, solueritis, id Deus in cælo habitans soluet. Non est autem sensus. Quoscumque vos, super terram constitutos solueritis, eos Deus in cælo habitans soluet. Qui enim in cælo sunt, ita soluti sunt, ut non possint ligari amplius. Sicut igitur solui dicitur aliquis in cælis, non quod is qui soluitur, in cælis exsistat, sed eius solutor Deus sit in cælis, ita quoque dici potest solui aliquis in terra, etsi sit in purgatorio, solutor autem eius in terra. Hanc autem veram expositionem esse, & ipsa textus analogia docet, & vsus Ecclesie, ligatur enim Corinthiis ab sens, per absentem Paulum, & in tribunalibus etiam iudicum secularium legum vigor in absentes stringitur. Ita autem sentiunt omnes Patres, qui suffragia pro defunctis approbant, quod fecerunt omnes orthodoxi.

QVÆSTIO IV.

An hoc loco Confessionis necessitas colligatur?

§. 1. **C**ONTRA hanc penitentiae partem multa Calu. C. nus, lib. 4. inst. c. 112. 4. alique scribere, verum nos hunc locum expendimus duntaxat, & quid inde conficiatur, ostendimus. Aperienda peccata sacerdoti esse, ex eo constat, quod solueret & ligare, remittere & retinere in eius est manu. Cognoscere ergo oportet, quando soluendus, quando ligandus sit reus. Non enim eius iudicium in cælo ratum erit, nisi legitime vsus, sua potestate soluerit, aut ligauerit. Nec Christus sua potestate exiit, sed supremum sibi retinuit, ministeriale sacerdoti concessit. Montanistarum er-